CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM

Clariſs. & Celeberrimi Iuriſcon.

D. MARCI ANT. NATTAE ASTENSIS.

Quotidianas materias complectentium, in cauſarum foro verſantibus aduocatis quàm vtiliſſimorum.

Tomus Primus.

Nunc denuo cum ſuis Summariis, locupletiſſimoq; & fideliſſimo Indice in lucem editus, plurimisq; locis fideliſſimè recognitus egregieq; auctus.

VENETIIS,

Ad Signum Concordiæ. M D LXXXIIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

INDEX SINGVLARIVM RERVM, QVAE IN HOC PRIORE CONSILIORVM, D. MARCI ANTONII NATTAE IVRISCONSVLTI VOLVMINE HABENTVR.

Prior autem numerus ſummarium denorat: poſterior paginam.

ABLATIVI abſoluti ſæpe ſtant diſpoſitiuè.nu.13.121.& nu.7. 112
Abſentia eſt iuſta cauſa cur non expectetur conſenſus abſentis, qui alioqui requirebatur, quod optime cõprobatur.nu.3. 28
Abſentes extra ciuitatẽ in actibus vniuerſitatis vocandi non ſunt, etiam in cauſis arduis.nu.1. 50
Abſolutio ab excommunicatione, etiã reſeruata ſummo Pontifici, obtineri poteſt à presbytero cõſtituto in mortis articulo.nume.1. 61
Abſolutio à iuramento ad finem agendi, & excipiendi licet videatur limitata, proficit tamen etiam ad finem obtinendi.nu.24. 134
Abſolutio à iuramento ad finem agendi & excipiendi poteſt cõcedi parte non citata, & hanc opinionem approbauit vſus. numero 5.& 6. 135
Abſolutio à iuramento concedi non poteſt ei, qui iam incidit in periurium.nume.3. 176
Abſolutio à iuramento debet concedi à iudice rei.nu.28. 109
Abſolutio à iuramento etiam plenaria quo ad vinculum obligationis, videtur concedi poſſe, quando læſio eſt notoria, etiã ſine citatione partis.nu.8. 140
Abſolutio eſt petenda à iuramẽto, quod dolo extortum fuit, vel metu.& nu.3.4.5.nume.1. 106.& 107
Abſolutio à iuramento non eſt concedenda ei, qui iam in periuriũ incidit.nume 25. 109
Abſolutio à iuramento fieri poteſt parte non citata, quando cõſtat abſenti defenſionem non competere.nu.11. 140
Abſolutio à iuramento non eſt concedenda ei, qui iam iuramento contrauenit.nu.6. 6
Abſolutio à iuſo non vr̃ neceſſaria, data enormi læſione.nu.3. 153
Abſolutionem petens à iuramento, non dicitur iuramento contrauenire.nu.2. 135
Abſolutiones tot ſunt neceſſariæ à iuramentis, quot ſunt iuramenta. nume.6. 107
Abſolutus diffinitiuè ob non probatum delictum, non poteſt de eodem crimine inquiri, nec accuſari.nu.1. 172
Acceptans contractum nomine ſuo geſtum, debet acceptare cũ omnibus ſuis qualitatibus.nu.27. 37
Acceptatio præcedẽte Aquiliana ſtipulatione vim habet ſolutionis. nume.6. 81
Acceſſorium corruit ſi non tenet principale.nu.8. 18
Accidens qualificatum ſuperueniens facit ens alterius naturæ, & ſpeciei.nu.6. 122
Accuſatio poteſt inſtitui contra eum, contra quem alius prius egit ciuiliter eodem facto.nu.14. 101
Actio ciuilis, & criminalis ſimul poteſt cumulari.nu.2. 159
Actio ciuilis & criminalis ſi pro eodem facto intentari poteſt, intentata ciuili, criminalis quieſcere debet.nu.6. 100
Quod limita vt.nu.12. 101
Actio dotis competit marito, & non filię, quando maritus ſtipulatus eſt ſibi reddi.nu.6. 61
Actio paſtus pecorum quæ dicatur, & quando detur.nu.5. 100
Actio reſciſſoria contractus an poſſit intentari non prius petita reſtitutione in integrum.nu.8. 135
Actio vbi non cadit, non habet etiam locum replicatio.nu.8. 97
Actionem iam ortam tempore contractus ſalua conſcientia emere poteſt minoris quàm valeat propter dubiũ euentum litis.nu.25. 108
Actiones veniunt ſpatio 30.annorum.nu.12. 135
Actor à tutore conſtitui debet interueniente decreto, alioquin non valet conſtitutio actoris.nu.1. 4
Actor dicitur vincere in iudicio appellationis, quãdo obtinuit reuocari ſententiã, qua fuit abſolutus diffinitiuè reus, & debet obtinere expenſas tanquam victor.nu.12. 86
Actor non poteſt conſtitui lites futuras.nu.2. 4
Actori fauendum eſt in principio litis.nu.18. 86
Actus duo vbi fiunt eadem die, eodem loco & coram iiſdem teſtibus videtur vnus fieri contemplatione alterius.nu.6. 111
Actus factus contra formam ſtatuti valet, ſi modo lex vlterius non procedat actum annullando.nu.5. 15
Actus geſtus contra formam eſt nullus.nu.8. 60
Actus geſtus contra prohibitionem legis vel ſtatuti, eſt irritus, & nullus.nume.5. 59
Actus nõ ita vitiatur ex erronea expreſſione ſicut ex omiſſione.n.4. 32
Actus, qui incontinenti ſequitur videtur factus contemplatione actus præcedentis.nu.23. 128
Actus qui ſe habet per modum agendi, potentior eſt ad demonſtrandum voluntatem, quàm ſi in ſola patientia conſiſtat.nu.12. 70
Actus quos facimus infringi, odioſum eſt, & dicitur pœna.nu.7. 85
Actum aliquem faciens videtur ſe adſtringere legibus loquentibus de eo actu.nu.11. 82
Actum an præſumatur quis facere proprio nomine, potius quã alieno in materia probationis.nu.3. 125
Actum exercens ſuo nomine, & ad ſuum commodum, maiorem habet poteſtatem, quàm is, qui alieno, & ad alterius commodũ.nume.6.& 7.& ſequenti. 143
Actum faciens videt ſe adſtringere legi loquẽti de eo actu.n.22. 34
Actum præſumitur, quod conſuetum eſt fieri.nu.3. 153
Actum qui poteſt reuocare, poterit & illum nullũ declarare.n.16. 86
Actuum vicinitas & breuitas temporis facit vt actus videantur correſpectiui.nu.11. 44
Acta facta in iudicio faciunt fidem inter omnes.nu.5. 67
Acta facta in vna cauſa, licet facerent fidem inter eaſdem perſonas, in alia debent tamen produci.nu.2. 98
Acta ſunt ſcribẽda per actuarios, non per alios tabelliones, alioquin non valent.nu.23. 101
Adæquatio facta in vno non cenſetur facta in aliis.nu.3. 3
Adæquatio quamuis facta verbis valde amplius, nõ tamẽ extenditur ad inſolita, abſurda, cum difficultate concedenda.nu.6. 4
Aditio hæreditatis an facta ſit per aliquos actus, in dubio recurrendũ eſt ad qualitatem factorum, vel perſonarum, vel ſtãdum eſt declarationi illius iuratæ.nu.12. 104
Aditio hæreditatis inducitur ex eo, quod quis domum paternam inhabitauit, vel bona hæreditaria poſſedit.nu 10. 104
Aditio hæreditatis inducitur ex ſolutione debiti hæreditarii.& nume.11.& nu.9. 103
Aditio hæreditatis inducitur per exactionem debitorum paternorũ. numero 12. 104
Aditio hæreditatis maternæ præſumitur facta à patre de conſenſu filiorum ex diuturna poſſeſſione.nu.11. 54
Adulterio commiſſo per alterum ex coniugibus, poteſt alter coniux religionem profiteri inuito eo, qui adulterium commiſit.nu.1. 83
Aequa multa videntur in genere, quæ iniqua ſunt certis caſibus conſideratis eorum circunſtantiis.nu.15. 154
Aequitas non ſcribat li.non eſt curanda.nu.35. 35
Aequum pro æquali accipitur, & æquitas pro æqualitate.nu.14. 111
Aſſertum cõpatri plena nõ dat fidẽ, & minus probat quàm alii n.20.24

D. MARCI ANTONII NATTAE ASTENSIS CONSILIA.

TOMVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Doctores etiam actu non legentes ſunt immunes a ſolutione collectarum.*

2 *Doctor aduocatus dici poteſt docere iura, inſtituendo clientulos, & de iure reſpondendo.*

3 *Priuilegium conceſſum de iure cõi, licèt ſit contra regulas cõmunes, eſt fauorabile, & latiſſimè interpretandũ.*

4 *Vniuerſitatis dua partes neceſſario non requiruntur in actibus vniuerſitatis gerendis: ſed ſufficiunt due partes præſentium, quando vniuerſitas vocata eſt legitimè de mandato ſuperioris.*

5 *In vniuerſitatis actibus in dubio præſumitur interueniſſe cõceſſum, & legitimũ numerũ ciuiũ, qui requiruntur.*

6 *Priuilegio tunc demũ per actũ ei contrarium videtur renunciatum, quãdo alia præſumptio capi nõ poteſt.*

7 *Deſcriptus in libro debentium ſoluere collectas intra xxx. annos habet querelam, uel ſaltem intra annum.*

8 *Statutum quòd omnia prædia ſint tributaria, non habet locum contra doctores.*

9 *Statutum obligans prædia pro futuris collectis nõ operatur, ut ſi prædia tranſeant ad immunem, ille teneatur ad futuras collectas.*

10 *Immunitas conceſſa doctoribus, competit etiam fratribus doctorum ſimul habitantibus, & manentibus in communione bonorum.*

11 *Priuilegium conceſſum ſocio, competit alij ſocio quando unũ eſt reale, ſecus ſi perſonale.*

12 *Priuilegium immunitatis conceſſum doctoribus eſt latiſſimè interpretandum.*

13 *Remunerationis cauſa eſt fauorabilis: & multa conceduntur eius cauſa contra regulas iuris.*

DE EADEM MATERIA

infrà conſ. 65. & 66. CONS. I.

DOCTORES collegij defendunt ſe à ſolutione collectarum duplici via. Primò ſecundum iura cõmunia: per text. in l. medicos. C. de profeſ. & medi. lib. 10. vbi legum doctores vnà cũ vxoribus, & filijs, & rebus ab omni functione, & ab omnibus publicis muneribus ſtatuuntur immunes. qui text. malè reſtringitur per Bart.
1 ad doctores actu legentes, quod oſtenditur: quia quum tex. ibi prius ſtatuerit de literarum profeſſoribus, vt immunes eſſe debeant, ſubdẽdo de legum doctoribus, intelligendũ eſt quòd voluerit diſponere de nõ docentibus; quia docentes includebantur ſatis ſuperioribus verbis, vbi fit mentio de literarum profeſſoribus, vltra quod aduo-
2 cati ſatis etiã poſſunt dici docere iura inſtituẽdo cliẽtulos, & de iure reſpondendo. Nã, vt inquit egregiè Cicero lib. 1. de oratore, domus vniuſcuiuſq; Iuriſcõſulti oraculum eſt ciuitatis: quia ciues de rebus ſuis incerti eos certi dimittuntur. & dicit Bald. in l. 1. in prin. col. fi. ff. de iuſti. & iur. quòd doctoratus eſt dignitas, & in ſignum huius datur inſula tanquam Principi, ſeu præceptori. Ecce quòd Bald. ſentit quemlibet Doctorem vocari præceptorem. corroborantur præmiſſa; quia tractatur in illo titu. C. de profeſ. & medi. de immunitate concedenda profeſſoribus: vt patet ex rub. & in l. orator. eo. tit. & per alias ll. ibi poſitas. ſed iuris profeſſores dicuntur etiam conſulentes: vt probatur per l. 2. §. iuris ciuilis. ff. de orig. iur. vbi dicitur, Iuris ciuilis ſcientiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt. deinde enumerantur hi, qui (vt ibi inquit iuriſconſ.) conſultoribus vacare potius, quàm diſcere volentibus ſe præſtabant. Propterea non video cur iuris doctores actu legentes debeant ſibi ſolis hanc immunitatem præcipuo quodam iure ſibi vẽdicare, remotis alijs doctoribus: quum Bal. ipſe dicat in d. l. 1. ff. de iuſti. & iur. col. 1. in not. quòd ſcire in noſtra ſcientia non eſt propter ſcire, ſed propter operari. Et alibi dixit idem Bald. quòd rem ad praxim reducere, iſtud eſt de arbore fructum colligere. pro quo facit & tex. in §. fi. ibi, vt rempublicam regere poſſitis. in proœmio Inſti. Poſtremo ſi hæc immunitas procedit medicis, nõ dicit medicinã docẽtib. ſed exercẽtib. d. l. medicos. multò magis tributa cõferri dẽt legũ Doct. in ipſo iuris opere verſantibus, & in veris nõ fictis q̃onibus vtilitatẽ legũ pſtitẽtibus. Nã legũ Doctor pcedit Doctores artiũ & medicinæ: quia ſcientia iuris eſt nobilior rõne ſubiecti, & maximè [illegible] medicinã, cuius ſubiectũ eſt hõ ægrotus, vt Abbas in c. [illegible] tici. de iud. Et ita hãc opi. quòd tex. in d. l. medicos. procedat in quolibet Doctore tenet Pet. de Anch. Imol. Are. Guid. Pap. Mat. de Mat. & Paris de Put. relati p d. Fran. Ripã in ſtilo antea allegato, quos ipſe ſequitur. & eſt de mẽte Alex. & Iaſ. in l. miles. in prin. ff. de re iud. vt in alijs ſcriptis deduxi. Et alias Io. Neuizanus [illegible] quòd non multò ſũt decẽſi ab humanis, conſcripſit de hoc tractatũ, quẽ ipſe vidi, vbi inſeruit plura Doctorũ antiquorũ de verbo ad verbũ, & ſñias latas p hac parte in Senatu Taurinenſi, & Pariſieñ. Nec dicat quòd immunitas ſit odioſa, ideo reſtringẽda: quia hoc caſu eſt fauorabilis, cũ nõ dẽt pſonæ, ſed doctrinæ, per quã bonos aliter ſimijs conuenit. l. & virtutũ. C. de ſtatu. & imagi. l. 3. C. de famo. libel. magnũ eſt enim vnũ hoĩem elaborare in exercitio, & publicè & priuatim pluribus ſit pfutura. propterea dr in l. 2. §. iuris ciuilis. ff. de orig. iur. quòd Scipioni Naſicæ data fuit domus publicè in via ſacra, quo facilius conſuli poſſet. Nõ aũt dr̃ ibi, quòd primũ domus pſequutus fuerit quò legeret, & in ſcholis penes iuuenes doceret. † Præterea vbicunq; priuilegiũ de iure cõi cõceditur,
3 licèt ſit cõ regulas cões, eſt fauorabile, & latiſſimè interpretandũ, vt inquit Ant. de But. in c. olim tibi. circ. fin. de verb. ſig. Secundò Doct. collegij fundant ſe in priuilegio immunitatũ cõceſſo a decurionibus titulo oneroſo, quẽ quẽ priuilegiũ cõcedi potuiſſe non ambigit. Et tñ diſſicultas, quia in d. conceſſione nõ interuenerunt duæ partes decurionũ. iux. l. nulli. ff. quòd cuiuſ. vniu. no. & l. nominationũ. C. de decu. lib. 10. ſed ſiudei quod d. iura pcedũt, vbi vniuerſitas p ſe cõgregatã: ſed vbi de mãdato ſuperioris vocata eſt, tũc reſidet vniuerſitatis ius in pñtib. † & factũ a
4 duabus partibus venientiũ, reputatur factũ ab oĩbus. Itaud vult Abb. in c. cum omnes. de conſti. & latius in cap. in cauſis. vlt. notu. de elect. vbi poſt Ioan. And. ponit exemplum in vniuerſitate, in qua erant centum hoĩes oĩs vo-

2 *Procurans inducias à debito iurato non poteſt ei fidi.*
3 *Abſolutio à iuramento concedi non poteſt ei, qui iam inci dit in periurium.*
4 *Induciæ ſicut de ſtylo non conceduntur condemnatis, ita nec de proximo condemnandis.*
5 *Condemnatum eſſe, vel de proximo condemnandum paria ſunt.*
6 *Priuilegium impetratum ſuper cauſa lite pendente non valet.*

CONSILIVM CCXXXIII.

BAPTISTA hoſpes ad ſignum Mauri
debitor domini Hectoris, obtinuit in-
ducias ab Illuſtriſsimo Principe, quę ſi-
bi non proſunt triplici ratione. Primo
1 † quia non extenduntur ad debitum iu
ratũ quale hoc eſſe dicitur, vt vult Cyn.
in l.fi.4.q.C.ſi contra ius, vel vtilitatem
publicam. & ibi Sal. in fine, vbi dicunt, ꝙ debitor iuratus
petens dilationem ſi mẽtionem nõ facit iuramenti, reſcri
ptum eſt ſurrepticium: ſi autem mentionem facit, ſi obti
net reſcriptum à Papa, intelligitur cum eo diſpenſatum ſu
per iuramento, ſecus ſi à ſeculari, qui diſpenſare non po-
teſt. Iſtud late proſequitur Alex. conſi. 38. viſa copia 2.
dub. li. 3. vbi loquens de ſaluo cõducto, inquit, quòd prin
ceps in dubio, & ſub verbis generalibus non intelligitur
velle derogare actui iurato. iux. gl. notabilem in cap. cum
non deceat. de elect. in 6. & vlterius, quòd poteſtas ſtatuen
di ſuper iuramento non pertinet ad ſecularem, ſed ad Ro
manum Pontificem. c. venerabilem. de electio. Idem tenet
Alex. conſi. 205. viſis his, quæ narrantur. in ſi. lib. 2. Iaſ. in l.
quoties, col. 1. C. de precibus imperatori offerendis. ita limi
tans illam legem, quæ loquitur de huiuſmodi inducijs.
Matthæus de Afflict. deciſi. 5. & vltra iſtos facit, quia iſtud
2 priuilegium fuit procuratum, † vnde ſuccedit id, quod ſcri
bit Ioannes Andręas in regula in malis. in mercuria. vbi
ponit quęſtionem de clerico ſcholari, qui iurauit credi-
tori non exire diſtrictum ante ſolutionem, vtrum reuoca
tus à patre, vel Epiſcopo domum, ſit periurus. & ibi ſol-
uendo quęſtionem dicit, quòd ſi procurauerit hanc reuo
cationem efficitur periurus. c. paſtoralis. in fine. de officio
deleg. l. 2. in fi. ff. ſi quis cautionibus. idem tradit Federi. de
Senis conſi. 191. quæſtio talis eſt, ſcholaris clericus. circa fi
nem. & facit quod Albericus ſcribit, & Rom. in l. fin. ff. qui
ſatiſdare cogãtur, quos ibi Iaſ. refert, quòd ſi aliquis iura
uerit ſoluere in certo tempore, & iudex præcipiat ſibi ne
ſoluat, excuſatur à periurio, niſi ipſe procurauerit ſibi fie
ri illud pręceptum. Amplius dicendum eſt, quòd poſtq̃
non ſoluit in terminis conuentis, & ſic iam incidit in per-
3 iurium, † abſolui amplius non poſſet a iuramento, etiã
ſi iuſtam cauſam habuiſſet, vt abſolueretur, quia fruſtra le
gis auxilium inuocat, qui committit in legem. c. quia fru-
ſtra. de vſuris. ita dicit Federi. de Senis conſ. 300. factum ta
le eſt, debitor promiſit. in fi. Pet. de Anch. conſi. 98. ponde
ratis ſubtiliter. in fi. ſequitur Abb. in c. 1. col. pen. de iureiu.
cum ſimilibus, quę ibi adducit Fel. verſi. 7. quæro. Secun-
dò moueor, nam d. Baptiſta diu litigauit inficiando † de-
bitum. Demum conuictus ſub ipſo calculo ferendę ſenten
tiæ impetrauit inducias, à quibus cum de ſtylo excipian-
tur condemnati, intelliguntur & excepti, qui de proximo
5 vident ſe euidẽter condẽnandos: † nã paria ſunt eſſe con
dẽnatũ, vel de proximo condẽnandũ. tex. no. in l. q pęnę.
§. diuus. ff. de manumiſsioni. ꝓpterea dixit ſapiẽter Bal. in
l. ſi ex. q. 6. C. mand. ꝙ ſicut fideiuſſor cõdẽnatus agere põt
contra principalem, ita quando videlicet ſe condemnan-
dum, allegat alia iura, videlicet textum in auth. vt cum
de appellatione cognoſcitur in principio. & in l. quam-
uis indubitati. C. de adulterijs. facit l. pe. ff. de teſta. mil. Ter
6 tio adducitur quia pendente † lite, priuilegium impetratũ
ſuper cauſa non valet. ita Bar. dicit in l. 1. C. de lite penden
te. & ibi etiam Bal. circa finem, per text. in auth. in medio
lit. non fie. facro. for. in princ. poterat etiam adducere tex-
tum clarum in c. ſi. extra, vt lit. pende. & hoc tanto magis
procedit in priuilegio obtento ad poſtulationem partis.
gl. in l. qui autem. ff. ſi quis cautionib. cum concordantijs
ibi adductis per Moder. & vulgata eſt regula, quòd pen
dente lite, nihil eſt innouandum. l. facultas, C. de iure
fiſci. lib. 10.

Finis Primi Voluminis.

VENETIIS
Excudebat Gratioſus Perchacinus.
M. D. LXXXIIII.

non eſt ferendus. ff. de tranſact. ubi Bal. dicit, quod ille, qui uidit teſtamentum præſumitur ſcientiam habuiſſe in eo contentorum, & in extraneo etiã hæde ſcientia præſumitur, ut Bar. ſcribit in l. eius qui. col. 4. & ibi late ſcri. ff. ſi cert. pet. & l. cum his. ff. de liber. leg. Et hæc de primo dubio ſint dicta. Venio ad ſecundum, in quo quæritur an propter inciſionem arborum cadat ab uſufruct. & in hoc reſpondeo, prout Bal. reſpondit conſil. 490. Vulgare eſt
7 quod colonus, 1. dub. quod uſufruct. qui arbores † fructiferas & grandes & non germinantes incidit poteſt ab uſufru. expelli, quia ex hoc rei ſubſtantia deterioratur & enormiter. l. ex ſilua. & l. ſed & ſi grãdes. & l. arboribus. in prin. ff. de uſufru. & l. æquisſimum. §. 1. eod. titul. l. duobus. §. colonus. de iureiur. l. in fraudem. §. cõductor. ff. de iur. fiſ. & facit tex. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matri. ubi Bar. Bal. Ang. & alij hoc tenent in quocunque habente utile dominium, ut emphyteota & feudatario, ut non
8 poſſit ſuccidere pomiferas arbores, ſed eorũ tantũ † frondibus & fructibus uti poſſũt alias ſi ſuccidat expelli propria authoritate queat, per tex. in l. hoc amplius. §. fi. ff. de dam. infect. & in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccle. ubi Bal. dicit ꝙ requiritur, ꝙ ſit deterioratio notabilis quantitatis quia pro modica deterioratione non datur reſciſ-
9 ſio † contractus. l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. & hoc uoluit etiam idem Bal. in l. eadem. col. pe. uer. quæro qualiter hoc intelligatur. C. loca. per tex. in d. l. ſcio. quod intelligendum eſt reſpectu expulſionis, quia etiam ꝓ modica illa deterioratione tenebitur ad damnum & intereſſe, ſecundum Pau. de Caſt. in d. auth. qui rem. & idem eſt dicendum ſi arbores alius de uſufructuarii mandato incidiſſet. l. 1. §. deiiciſſe. ff. de ui & ui arma. uel ſi inciſionem ratam habuit, ut probatur in d. l. 1. §. ſed & ſi quis. Barto. in l. aut facta. §. fi. col. ſi. ultim. uerſicul. ulterius quæro. de pœn. & dicitur ratum habuiſſe ſi inciſas arbores recipit, & in ſuos uſus conuertit. l. litibus. C. de agri. & cenſ. li. 11. & tradit Alex. 88. Quoniam omne datum. col. pe. uer. præterea ipſa ratificatio. lib. 5. Excuſaretur tamẽ uſufructuarius, ſi uetuſtas arbores incidiſſet, & alias ſubſtituiſſet, quia ita utilitas fundo fieri depoſceret, ſecũdũ Pau. de Caſt. & Ale. in d. l. diuortio. §. ſi fundum qđ probatur in d. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iur. fiſ. & melius in l. agri. ff. de uſufr. & facit in ſimili tex. in l. uetus fuit quæſtio. ff. eod. tit. Hæc ꝓcedunt in arborib. fructiferis, alias autẽ arbores non fructiferas, & quę a ſtirpibus euulſæ renaſcuntur arbores dicuntur cęduæ a cædendo, quia cæduntur ad ignis uel ędificiorũ uſum. Põt ergo uſufructuarius ſuccidere, quia dicuntur eſſe in fructu, ex quo alius fructus de eis non percipitur, ut probatur in l. ex Syluæ. & in l. ſi abſente. §. Syluam. ff. de uſufruct. iunct. l. Syluæ cędua. ff. de uerb. ſignifi. & declarat Alex. conſ. 118. In caſu, de quo quæritur. col. 1. lib. 5. & quia nõ eſt mihi bene notum, quanta & qualium arborum hęc ſit inciſio, ideo hũc articulum latius proſequutus ſum. Non omitto quod Io. Faber in. §. finitur. inſtit. uſufru. dicit ꝙ gl. ibi in uerbo, ꝑ modum. ſentit ꝙ ſi uſufructuarius nõ utatur re ut bonus paterfamil. non amittat uſumfructũ, ſed debet agi leg. aquil. uel ex cautione interpoſita. l. ſi cuius. §. de pœnis. & l. æquisſimum. §. 1. cum. §. ſe q. & duabus legib. ſeq. & §. ſed ſi gregis. in ſtitu. de rerum diuiſ. & l. diuus. §. fin. ff. de uſu. & habit. & ita tranſit. Tamen non eſt diſcedendum a præcedenti opin. ꝙ cadat a iure ſuo, quia ſi cadit emphyteota priuari ubi incidit arbores fructiferas ut dicunt doct. in d. §. ſi fundum. & in d. auth. qui rem. & Bar. in d. l. in frau-
10 dem. §. conductor. per illum text. ff. de iur. fiſ. & Alber. de Roſa. in l. 2. colum. fi. C. de iur. emphy. quanto magis † uſufructuarius, qui habet ius debilius. l. cędere. §. fi. ff. arbo. fur. cæſa. l. qui ſcit. §. porro. ff. de uſu. l. 2. §. uſufructuarius. iuncta. l. in prouinciali. §. pe. ff. de oper. noui nuntia. habet enim emphyteota ius reale & perpetuum, quod ad hęredes tranſmittitur, ꝙ non habet uſufructuarius cuius ius cum perſona finitur. l. antiquitas. C. de uſufruct. Circa
11 tertium dubium breuiter dicendum eſt, ꝙ † iſta mulier occultat res hæreditarias, nec patitur eas deſcribi, cadit ab uſufructu, quia ſi cadit ab eo ubi rem fecit deteriorem multo magis debet cadere ubi rem totaliter auertit, & eſſet abſurdum, ꝙ punitus pro minori delicto euaderet pro longe maiori. l. cum pacto. ff. de ſeru. exportand. Occultator enim rerum proculdubio eſt in dolo præſumpto, & equiparatur furi. l. hæreditatem. §. fi. ff. ad leg. Falcid. & habetur per Bar. in l. tutor qui repertorium. col. 3. uerſ. quæro quid ſi tutor. ff. de adminiſt. tuto. & quicunque cælat & ſupprimit alienum, dicitur prædo. Bar. in l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. ff. de negoc. geſt. Circa quartum
12 dicendum, ꝙ ſi d. mulier † alienauit res hæreditarias, quarum tantum uſusfructus ſibi fuit relictus ut proprias ipſius mulieris, tunc cadit a iure uſusfructus quia uerſatur male in re reſpectu contractus, nam ſic eſt in emphyteota, ut ſi alienet res emphyteoticas tãquam ſuas amittit ius ſibi ratione emphyteoſis competens, ut Bal. ſcribit in l. uſufruct. circa fin. & ibi Imol. ff. ſolu. matri. ergo idẽ dicendum in uſufructuario qui minus ius habet in re quam emphyteota, ut eſt ſuperius tactum, & in uſufructuario hoc ſentit Bal. in l. eadem. colum. penult. uerſ. ſed quid ſi non deſtruxit. C. loca. dum allegat. text. in §. finitur. Inſtit. de uſufruct. Et ex his quæſitis omnibus ſufficienter reſponſum & ſatisfactum arbitramur.

F I N I S.

Regiſtrum

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

Omnes ſunt Quaterniones, præter ZZ qui ſunt Quinterniones.

VENETIIS, MDLXXXIIII.

Apud Io. Antonium Bertanum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA